



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XII. Notitia de cruce euindicata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XII. NOTITIA DE CRVCE
euindicata.

DVm & omnibus non est incognitum , qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vigarium inlustris viri illius Comitis nomine illo , aduersus hominem aliquem nomine illum, repetebat ei dum diceret, eo quod terrā suam de suo manso, vel de sua potestate malo ordine propriississet , sed ipse ille de præsenti adstare videbatur , & hanc causam fortiter denegauit, quod suam terram de suo manso malo ordine nūquam propriississet, nec post se nunquam retinuerit, sed taliter ei fuit iudicatum, in ipso placito, ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses , vt ad crucem ad iudicium Dei, pro ipsa terra in noctes XLII. in ipso placito pro hoc deberent adstare , quod ita & fecerunt,

sed venientes ad ipsum placitum, si-
cūt eis fuit iudicatum, ante ipsum
Vigarium, vel ante ipsos pagenses,
ad ipsum iudicium, vel ad ipsam
crucem visi fuerunt stetisse, sed ipse
illum hominem qui ipsam terram
proprisit ad ipsum iudicium, vel ad
ipsam crucem, conuicuit: sed ipse in
ipso placito, ad ipsam crucem viſus
cadisse, sed dum hæc causa sic fuit
inuenta, quod ipse ille qui ad ipsum
iudicium, vel ad ipsam crucem ca-
disset, solidos tantos ei transſoluere
deberet, quod ita & fecit, & de ipsa
terra ipsum illum legibus reueſtire
deberet, quod ita & fecit. Tunc ta-
liter ei iudicauerunt, vt ipse ille de
præſenti die ipsam terram tam con-
tra ipsum illum, vel heredes suos,
quam contra quemlibet hominē,
omniq[ue] tempore habeat euindi-
catam atque elitigatam, vt tam ipse
ille quam & posteritas sua post hāc

diem prædictam terram, quieto or-
dine valeat possidere vel dominare,
& ducti & securi exinde valeant re-
sidere. Factum iudicium in loco illo
publiciter.

XIII. C A V T I O D E C L A-
uibus.

DVm & per plures homines
est patefactum , qualiter in
Dei nomine ille , veniens in placito
ante illos , vel quamplures bonos
homines , aduersus hominem no-
mine illum , repetebat ei dum dice-
ret, eò quod cellaria, vel camara , &
granica , quicquid in eis habuit re-
positum, hoc est aurum, argentum,
drapalia, arma, vinum, annoná, vel
vitalia sua, per suas claves commen-
dasset , ad custodiendum vel ad sal-
uandum , & ipsam rem in naufra-
gium , vel in damnum posuit. Sed
ipse ille de præsenti adstabat, & hac